



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien.
I. C. Praestantissimi Volumen ...**

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo
Iurisdictionum, Iudiciorum, & Criminum materias distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm IX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96538](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96538)

neraliter, Are. in d. aurt. sacramenta. & Cardi. in d. cle
men. r. in 3. q. de iureiur. Sed d. l. si quis maior. q. pœ-
nas illas imponit, eas imponit in pœna periurij, & ue-
nientis contra iuramentum suum, ut uolunt doct. cō-
muniter, & ipse Ias. ibi in prin. & glo. in uer. infamia.
Dicit ergo Ias. uerum esse potest, quando uniuersitas
ipsa contraheret, & omnes de uniuersitate præsentēs
iurarent, prout fieri potest, ut quia uniuersitas ad hoc
congregata fuisset iuxta ea, quæ habentur per docto-
maximè Abb. in c. cū omnes. de cōstit. & Bar. in l. nul-
li. ff. qd. cuiusq. uniuers. nom. & ita eius dictū intelli-
go, alioquin uerū non esset, nec ipse loquitur, qn̄ unī
ueritas contraxisset mediāte syndico, q̄ iurasset. ¶ Et
ex his responderetur alteri fundamento, qd̄ fiebat, q̄ si-
ue spiritualiter, siue rēporaliter tm̄ uniuersitas ex iu-
ramento syndici ligetur, satis est parti aduersæ, si iu-
ramento tenetur seruare contractū iuratū, ut uide-
tur uelle Bal. d. l. generaliter. debet uniuersitas ex-
cludi ab agēdo, & a ueniendo cōtra contractū. d. l. si
quis maior. quoniam, ut dixi, pœna illius legis, excludē-
do cōtrauenientē ab agendo, est imposita in pœnam
periurij, sed uniuersitas ueniendo cōtra iuramē syndici
nō incurrit periuriū, sed solū syndicus, & mādātes iu-
rare singulariter, ergo &c. Præterea nō uideo, quo-
modo pœna illius legis cōuenire possit uniuersitati, &
corpori imaginato, quale est collegiū, nā uult lex
illa, q̄ quis contraueniendo iuramento efficiatur in-
famis, & ab agendo ratione periurij repellatur, ¶ in iu-
re autē cautū non reperio, q̄ collegiū, & uniuersitas
nō tenentur infamia, quinimmo contrariū reperio, quia
uniuersitas non potest corporaliter puniri. Innocē.
in c. grauem. in uer. consiliarios de senten. excommu-
ni. Bar. in l. aut facta. §. fin. colum. 2. uerū. hoc præmit-
to. ff. de pœnis. nec etiam spiritualiter. d. c. Romana. §.
in uniuersitate. Sed ¶ pœna infamæ est pœna corpo-
ralis. l. si quis. in fi. cū sequen. ff. de pœnis. facit. l. isti q̄
de. ff. quod metus cā. & not. in l. nec timorē eod. titu.
Et ¶ rōne periurij quis etiam spiritualiter punitur, q̄
est in uenulū animæ. d. c. cum contingat. & c. si uerō. de
iureiur. & c. antecessor. 1. 1. q. 3. cum simi. argo sequitur,
q̄ pœna d. l. si quis maior. non potest ipsi uniuersitati
conuenire. Rursus & fortius pro responsione prædi-
ctorum dico, q̄ posito, sed non cōcesso, dictū Ias. pos-
se de iure procedere, tamē ¶ illud est uerū, & ita ipse
intelligit, quando iuramentum super contractū ap-
positum esset ualidū, & approbatum, nec peccati nu-
tritiuum, seu conseruatiuum, quia tunc fortē uniuersitas
saltem temporaliter illud seruare tenebitur, se-
cus uerō est, & hoc nullus cōueniat, quando iuramen-
tum esset contra utilitatem ecclesiæ, & a iure repro-
batum in odium iurantis, & conseruatiuum peccati,
prout est in casu nostro, ueluti supra multipliciter de-
monstrauī, nam tale iuramentum ab eo, qui uerē, &
corporaliter iurasset, nec spiritualiter, nec tempora-
liter seruandū esset, ut supra plene dictū est, ergo mi-
nus tenebitur illud seruare uniuersitas, cuius nomi-
ne fuit a syndico iuratū, quia minus ligatur uniuersitas
ex iuramento syndici, quā syndicus, Bal. in d. l.
generaliter. Are. & Card. in locis præalleg. ¶ Funda-
mentū ē potissimum per partē aduersam sit in eo, q̄
canon, seu extrauagans Pauli Veneri non est usu, &
cōsuetudine utētū approbata, neq̄ recepta, nec per
bullam authenticam probatur, & cum ea sit iuri cōi-
ditiōna, non est secundū illam iudicandū, nisi prius
Papa consulatur. c. pastoralis. & ibi latē per Moder. de
fide instru. & per plura alia ex aduerso allegata per no-
ta. maximè per Domin. in confi. 78. Sed animaduertē-
dum est, ¶ q̄ licet constitutio in extrauagās, q̄ a iure
communī discrepat, probabiliter ignoretur adeo, q̄
secundum illam non sit necessariū iudicandū. d. c. pa-

storalis. & dicit Bal. in c. r. circa prin. in tit. quot testes
sint necess. ad prob. no. in. in usu feudo. q̄ quando du-
bitatur de aliqua extrauaganti, melius est in dubio re-
gulis iuris deseruere. d. c. pastoralis. & ideo requiritur,
q̄ super tali extrauaganti consulatur Papa, uel ad no-
titiā per bullā authenticā deducatur, ut ibi, & habe-
tur in d. c. pastoralis. & habetur per Bar. per illū tex. in
l. cum prolatis. ff. de re iudic. tm̄ hoc intelligendū est,
nisi talis extrauagans esset multū nota, & solita in iu-
diciis allegari, nā secundū illā est omnino iudicandū,
& sententia cōtra eā data esset nulla, absque eo, quod
producta esset sub bulla, & Papa cōsultus esset, nam
tunc Papa est consulendus, qn̄ de ea in loco probabi-
liter dubitaretur, ita uolunt Abb. Inno. & doct. cōiter
in d. c. pastoralis. qui ita limitāt dictū Bar. in d. l. cū p-
latis. & hoc ēt ponit ibi Felin. exēplificando de extra-
uaganti execrabilis: an autē illa extrauagans Pauli Ve-
neri, q̄ Paulina uulgo nominatur, sit publicē nota, &
allegari solita, sciunt omnes, q̄ iudicijs uersantur. Præ-
terea intelligo probatum fuisse de stylo, & commu-
ni usu dictæ extrauagantis, q̄ ea solita est allegari, &
in iurid. obseruantia hic existit, & consequenter ap-
paret, illā fuisse usu utentium approbatā, & receptā.
41 Quinimmo ¶ Abb. in d. c. pastoralis. uult satis esse, q̄
constitutio, seu extrauagans fuerit publicata in curia
Romana, q̄ a die publicationis ligabit ēt ignorantes
post duos mēses per no. per gl. I. data lib. 6. ubi hoc te-
ner Ioā. mona. & faciunt no. per scrib. omnes in c. 2.
de constitu. quilibet. n. præsumitur scire constitutionem
post duos menses a die publicationis. c. propo-
suisi. §. 2. dist. & in glo. proœm. clemen. intantum, q̄
sententia p̄ta talē extrauagantē lata esset nulla absq̄
eo, q̄ esset in corpore iuris redacta, quoniam non est
de substantia, ut redigatur in uolumine, nec etiam in
scriptis ad tradita per Ioan. Andr. in c. nemo potest
de regu. iur. in 6. in mercurial. & latē habetur maxi-
mè per Moder. in c. r. de consti. Et pro hoc facit, nam
ubi Papa uult suam constitutionem ligare a tempo-
re, publicationis quamuis de ea probabiliter ignoret-
tur, & ignorantes in culpa esse non dicantur, tamen
sententia contra illam lata est nulla, ut est glo. not. in
clemen. 2. de hæret. in uer. ex nunc. Multo magis er-
go hoc dicendum erit, quādo scientia cōstitutionis,
& extrauagantis p̄sumitur, ut quia longo tēpore con-
stitutio, & extrauagans processit, prout cōstat Pauli-
nam processisse. Et ex his rationibus Abb. in d. c. pa-
storalis. dicebat sententiam latam contra extrauagā-
tem esse nullam. Sed tamen posito non esse nullā, do-
cto. ibi communiter consentiunt, q̄ iudex secundum
illam debeat iudicare, si de ea notitiam, & scientiam
habuit. Sed ¶ si p̄babiliter de illa ignorauit, ut q̄a erat
noua constitutio, & contra ius commune, & non no-
ta sibi, nec usitata, tunc sententia contra illam lata ua-
let quidē, sed postea rescindi pōt ex dispositione ex-
trauagantis contrariæ, ita dicunt docto. omnes in d.
c. pastoralis. At si ad notitiam iudicis quoquo modo
peruenit, ut quia coram eo sit allegata, iudex tunc nō
potest contra illam iudicare, sed in causā super sedere
debet, donec ipse ex officio suo Papam consulat, & si
in consulo Papa contra illā iudicaret, esset puniendus,
ut probatur in d. c. pastoralis. iunctis not. ibi per Abb.
& alios. Et hæc p̄cedūt, qn̄ de extrauagāti p̄babiliter
dubitaretur, ut quia non esset communiter nota, nec
usitata, alioquin secus, ut a contrario illius tex. colligi-
tur. Et hæc quoad prædicta dubia sufficiat. Laus Deo.

S V M M A E.

I Per citationem perpetuatur iurisdicō iudicis illius, de cuius man-
dato sit citatio, & cuiuslibet alterius iudicis iurisdicō tra p̄-
uenitur, ut alius se intromittere nequeat.

Bb 4 Facta

- 7 Facta à conuento, & tracto coram iudice non suo, & competentis sunt ipso iure nulla, nec illi, ad cuius præiudicium facta fuerunt, obstant.
- 8 Forma mandati de citando non seruata actus corrumpit cum omnibus inde sequentibus, & processus vitatur.
- 9 Vicarius episcopi, & delegatus alicuius, nomine episcopi, & delegatis: coram iurisdictione, & tãquam illorum officiales uti dicuntur.
- 10 Actus factus ab, seu coram officiali alicuius loci tanquam officiali simpliciter in dubio censetur ipsius officialis tantum, & non alicuius alterius superioris nomine factus.
- 11 Maxime si non appareat de commissione sibi à superiore facta, sed alteri ille actus commissus fuit.
- 12 Mandatum nunquam presumitur et ex cursu longissimi temporis.
- 13 Idem in mandato principis, & superioris, nisi probetur, & constet expresse per literas speciales, vel per instrumentum publicum.
- 14 Citationis forma respectu cuiuslibet qualitatis est per nuncium ad unguem seruanda, alioquin actus tanquam absque citatione factus non ualet.
- 15 Actus in alio termino, quam in termino citationi prefixo per iudicem expeditus non ualet, etiam si citatus in termino prefixo non comparuerit.
- 16 Promissio de se presentando, vel de satisfaciendo debitori uirtute capture nulliter facte debet dici nulla, & inualida.
- 17 Comparere qui coram iudice infra certum tempus promissit, etiam per procuratorem comparendo promissioni satisfacit.
- 18 Et si coram illo iudice simpliciter compareat, ex qua causa comparuisse intelligatur.
- 19 Debitor iniuste, & inualide captus tanquam fugitiuus, & suspectus si fidei iuratores de iudicio sisti, & iudicatum soluendo prestiterit, capturam approbasse, illique consensisse dicitur.
- 20 Et an id sit ita uerum, ut capturam nullam amplius dicere, & se ante omnia relaxari, & pristina libertati restitui petere non queat, usque ad finem consilij.
- 21 Debitor, qui tanquam suspectus de fuga iniuste, & inualide captus, dicitur uolentia spoliatus, seu expulsus inferri.
- 22 Spoliatus à iudice aliquo iure suo, non seruato ordine de iure seruando, uolentiam spoliatiuam, seu expulsiuam patitur.
- 23 Et restituendus est ante, quam de alia causa cognoscatur.
- 24 Etiam si post hmoi uolentiam tacite, uel expresse consensisset.
- 25 Vi compulsua factum, quod alias de iure fieri poterat, non rescinditur nisi spoliatus, seu uis spoliatus, & expulsus praecessisset, & nu. 24.
- L. si. in. ff. de eo, quod met. cau. declaratur, & nu. 24.
- 26 Causa captura, & carceratorum est pia, & in ea proceditur e modo do, quo in beneficialibus, & fauorabilibus et, diebus seruiatis.
- 27 Glose, & doctorum auctoritas est magis ualida, & probabilis, non autem necessaria, illique non creditur, nisi quatenus lege, uel ratione concludenti probetur.
- 28 Opinioni doctorum etiam communi non est standum, nec secundum illam iudicandum, quando ea contra legem, seu canonem esset.
- 29 Bartol. in q. 6. incip. lapus, & Soci. in consi. 113. uolum. 3. declarantur.
- 30 Metus, & uis compulsua consensum in iudicem non suum ipso iure uitiatur.
- 31 Pactum, & consensus de litigando coram iudice non suo potest usque ad litem contestatam renouari.
- 32 Debitor tanquam suspectus inualide captus si post capturam inualidam promittat non simpliciter stare iuri, sed etiam copulatiue iudicio sisti, uel parere mandatis curiae, an & quando possit contrauenire, & de iurisdictione, ac incompetencia iudicis opponere, et nu. 34.
- 33 Prorogatio iudicis incompetens ut irrenouabiliter fiat, requiritur scientia prorogantis, quod is esset iudex incompetens.
- 34 Et in dubio ignorantia, & error praesumitur, non autem scientia.
- 35 Maxime in forensi.
- 36 Quid si fuerit adiecta clausula scienter, sponte, & ex certa scientia, & non per errorem.
- 37 Prorogatio iurisdictionis iudicis sui non impeditur propter errorem commissum in non opponendo contra illum exceptionem de climatioriam.
- 38 Iurisdictione iudicis sui facilius irrenouabiliter prorogatur, quam iudicis non sui.

Ex incompetencia iudicis capturam debitoris de fuga suspecti, & promissionem cum fidei iuratore ab eo factam de iudicio sisti, & iudicatum soluendo nulla fuisse, & inualidam, hic ex pluribus demonstratur.

CONSILIVM IX.

VTRA allegationes in hmoi cã per M. D. Potestatem huius ciuitatis factas ad fauorem nobilis uiri dñi Ioannis Baptista Scanaroli cuius Mutinensis aliqua bñ adducã, quibus demonstrabitur, capturam, & arrestationem de eius persona ob fugam susceptionem factam coram dño Prate Castri franchi non ualuisse, & penitus cum omnibus inde sequentibus inualidam fuisse: & in primis considero, quod de mandato R. D. Gubernatoris Bononiæ, & ad instanciam Han nibalis de Malchiuicelli præteriti creditoris citatus, & requisitus fuit dictus do. Io. Bapt. tanquam suspectus de fuga, ut compareret ad satisfaciendum de iudicio sisti coram præfato R. D. Gubernatore, prout in cedula citationis commissæ continetur, † per quã citationem perpetuata fuit iurisdictione præfati R. dñi quoad effectum p̄dictum, & puenta fuit iurisdictione cuiuslibet alterius iudicis, ut in c. proposuisti. extra de for. cõp. l. si quis potest, & l. ubi coepit. ff. de iud. gl. in c. qm̄ contra falsam. de prob. c. gratum. & c. licet. extra de offi. dele. & ideo nullus alius iudex potuit se in hmoi satisfationis actu intrinicare, ut in iuribus præallegatis: sed d. Potestas Castri franchi, cuius iurisdictione puenta fuit, & consequenter qui non poterat amplius se de hac re intrinicare, fecit coram se trahi dictum Io. Bapt. ut fatidaret iudicio sisti, & de iudicatum soluendo, & ita ipse d. Ioan. Bapt. coram dicto dño Potestate detentus satisfidit, & promissit, ergo talis captura, satisfatio, & promissio coram dicto domino Potestate tanquam coram iudice incompetenti facta sunt nulla, & inualida, quia, quæ sunt à tracto, & conuento coram iudice non suo, & incompetenti, sunt ipso iure nulla, nec obstant ei, ad cuius præiudicium facta fuerunt: ac si clerici. in prin. ibiq; Abb. & alij innotabilibus, ac etiam in 2. opposi. ver. ego puto. & c. extra de iud. & l. si. c. si non à competend. iud. ¶ Secundo captura fuit nulla, omninoq; satisfatio, & promissio facta à tracto, & inuito fuerunt ipso iure inualida, quia non fuit seruata forma mandati, & commissionis R. dñi, à quo p̄ceptum de cõparendo, seu commissio de citando emanauit, † forma enim mandati, seu commissionis de citando non seruata, actus corrumpit cum omnibus inde sequentibus, & processus vitatur. c. cū dilecta. ibiq; Fel. extra de rescr. l. diligenter. ff. mand. iunctis ijs, quæ uoluit Bal. in addi. ad Spec. in tit. de reo. post prin. & in d. c. at si clerici. cum si. sed forma mandati, & commissionis R. Domini fuit, ut dictus d. Io. Bapt. citaretur, & requireretur per publicum nuncium in cõtinenti coram R. dño ad satisfaciendum, q̄ forma non fuit seruata. qm̄ fuit citatus requisitus, ac detentus personaliter uigore dicitur p̄cepti coram dicto do. Potestate, & ad eius banchum satisfidit de iudicio sisti & c. Ergo apparet formam mandati R. dñi non fuisse obseruatam, sed omisam, & neglectam, & propterea omne quodcumque factum, & inde sequutum ipso iure nullum fuit. l. si cū exceptione. S. l. abeo. & S. si quis per vim. ff. de eo. quod met. cau. Et si diceretur, quod dictus d. Potestas Castri franchi hoc fecit nomine R. domini, & pro executione p̄cepti, ac mandati ipsius, & tanquam officialis eiusdem, ergo ualuit captura, & satisfatio argumento eius, † quod dicitur de Vicario episcopi, cuius unum, & idem est tribunal cum tribunali episcopi, ut in c. 2. de confecti. in 6. & de delegato alicuius, qui uices delegantis gerere, & sic nomine delegantis illius iurisdictione uti dicitur, ut in c. san. de offi. deleg. l. 1. in fin. & l. si prætor. ff. de iurisdic.

5 iurisdic. omni. iudicum. Respondetur primo, quod dicitur d. Potestas id, quod fecit, non fecit nomine R. domini, nec id coram ipso factum fuit, tanquam officiali R. domini, vt in processu apparet, sed factum fuit tanquam coram do. Potestate simpliciter, & ab ipso non alicuius nomine: ergo in dubio debet intelligi illud factum ab ipso, seu coram ipso tanquam simpliciter coram d. Potestate, & non nomine R. D. ut ostendunt uerba instrumenti, & actoru, & argumento eorum, quae habentur per Bart. in l. 1. §. nunciatio. ff. de no. ope. nun. & in l. post mortem. §. tutor. ff. quado ex fac. tut. in c. licet. in corrigendis, & c. graue. de offi. or. l. sed. & si. ff. de ui & ui arma. l. si arma, l. si pupilli. §. sed si ego. ff. de neg. gest. & per Alex. & alios in l. si mihi, si ego. ff. de uerb. obl. Secundo respondetur quod non apparet de aliqua commissione, & delegatione per R. dominum ipsi Potestati facta ergo Potestas non potuit nomine R. domini exequi commissionem non sibi, sed alteri, hoc est nuncio publico factam, nec iurisdictionem exercere in detinendo praefatum d. lo. nem. Bap. & in faciendo illum satisfacere argu. eoru, q. habentur in l. iudices. C. de fid. instr. l. scire oportet. §. oportet. ff. de excus. tut. cle. 1. de offi. dele. & habetur p. Ale. & doc. in rub. ff. de offi. eius cui mand. est iurisdic. 7 & mandatum nunquam praesumitur etiam ex cursu longissimi tps ad tradita per Alex. & alios in l. sciendum. ff. de uerb. obl. & mandatu superioris, seu principis nunquam praesumitur, nec factum censetur, nisi probetur, & de illo expressè constet per speciales literas, seu per instrum. publicum. l. unica cum materia. C. de mand. princ. Quinimodo, ut dixi, de contraria mente R. domini apparet ipsum noluisse, quod dictus do. lo. Bap. coram praefato domine Potestate, seu coram alio duci deberet, seu detineri posset, sed coram ipso R. dno tantum, ut clarè innuunt uerba suae commissionis, ex quibus in dubio mens, & uoluntas colligitur. l. Labeo. ff. de supel. leg. l. qui quis in. ff. de leg. 3. & in incertis, & non incertis locus est coniecturis. l. contrarius. §. cum ita. ff. de uerb. obl. cum si. Praeterea ex parte nunciij, & executoris non fuit seruata forma mandati. R. dno, qui mandauit nuncio publico, ut citaret, & requireret dictum do. lo. Bap. incontinenti coram ipso ad satisfaciendum, nuncijs autem citauit, & requirit illum coram alio, ergo talis citatio personaliter facta, & omnia quaeque; inde sequuta dicuntur nulla p. 9 praedicta, & maxime, quia per nunciu forma citationis tam respectu loci, qua temporis, seu alterius qualitatibus ad unguem est seruanda, alioquin ea alterata actus ipso iure non ualeret tanquam factus absq. citatione, ut no. uoluit Bar. in l. aut q. aliter, & in l. si. ff. qd. 10 ui. aut. cla. & f. d. Ant. in c. 1. de iud. dicebat, quod si citatus in termino praefixo non compareat, & actus p. iudicis expediat in alio termino, hoc est post horam, in qua is fuit citatus, uel in alio loco, actus non ualeat tanquam factus parte non citata: Praeterea illa promissio facta per d. lo. Bap. & Iacobu Basengu de se, eorumq. iura praesentando infra uiginti dies proxime futuros coram praefato. R. dno, alijs de satisfaciedo dicto Hannibali summa sibi debitam, & petita, tanquam dependens, & consequens a dicta captura, & citatione personaliter facta de dicto do. lo. Bap. censi debet nulla, & inualida, qm cum principale sit nullu, & inualidum, ergo & omne id, quod ab eo sequitur, & dependet c. & hoc diximus. 16. q. 6. c. si diligenti. de for. cop. l. non dubium. C. de legib. c. accessorium. de reg. iur. in 6. & hf in d. c. at si clerici, & per Bal. in addi. ad Spe. in ti. de reo post prin. & est text. in l. si cu exceptione. §. pedius. S. Labeo. & §. si quis per uim. ff. quod me. cau. & posito, sed non concessio, illa promissionem ualuisse, ea tñ effectum habere non potuit, uidelicet, quod di-

etus do. Io. Baptista, seu Iacobus summam pecuniaru debitam, uel petita soluere teneretur, qm illa fuit conditionalis, hoc est in casu, quo se infra uiginti dies coram R. dno non presentaret arg. l. aliquando. cu ibi no. ff. de condi. & dem. Sed d. Io. Bap. coram R. domino per procuratorem habentem mandatum coparuit, ut in processu constat, ergo promissioni per eum factae satisfactum ut, quia fatis est comparere, & se presentare per se, uel per alium ad tradita per Inn. in c. dilectus. in uerfi. citato. de procura. & facit text. in c. super questionum. §. intentionis. de offi. dele. & f. quamuis procurator domini Ioannis Baptista simpliciter coparuerit offerendo se coram R. dno infra uiginti dies, prout promiserat, tamen debet intelligi comparuisse specialiter ex illa causa, propter quam obligauit se presentare, ex quo nullam aliam cam cu dictis de Machiauellis habebat, nisi supra dictam, & ob quam ipse fuit captus, atq. detentus, ergo perinde est, ac si specialiter, & expresse dictum fuisset, quod comparebat occasione illius promissionis per ipsum do. lo. Bap. facta, cum in ea tñ uerificari posset arg. l. 2. cum ibi ple. ne no. ff. de lib. & posth. ¶ Sed in contrarium ad ualiditatem capture, & consequenter promissionis, ac fideiussionis de iudicio isti, & de iudicatum habuendo pro creditore contra debitore, illiusq. fideiussorem allegatur etiam id, quod uoluit d. Barth. Soc. in c. 113. uol. 3. post do. Io. Bap. de sancto Seuerino in suo trac. de debito. suspec. & fugit. per ea, quae uoluit Bar. in sua dispu. inci. Lopus, quod quando debitor, qui ex aliquo defectu iudicis, uel eius familiae, qui seruatis non seruandis ad capturam processit, fuit tanquam suspectus iniuste captus, praestitit fideiussorem de iudicio sisti, & iudicatum soluendo, per talem fideiussionis praestationem de capturam approbasse, ex quo capture etiam inualida satisfecit arg. l. ad solutionem. cum ibi no. C. de re iudi. ita uoluit Bar. in d. sua disputatione dicens, qd captus tanquam suspectus de fuga si praestat fideiussorem de non recedendo, ut habilis retineatur, censetur capture consentire. Idem si aliter quocumq. appareat de uoluntate carcerati, qd is etiam tacite in iudicem confenserit, & capturam tacite confirmauerit, nam & si ipse captus ab initio ex facto iudicis, uel familiae capientis passus fuerit uiolentia spoliatiuam, & consequenter ante oia esset libertati pristinae restituendus, & relaxandus, ut per Bar. ibi per l. 1. & 2. ff. de liber. hom. exhib. iuncta l. 2. c. si per vim, uel alio mod. l. si quis ad se fundum. C. ad l. Iul. de vi, & c. conquerete. de rest. spo. cum si. tamen ex quo captus postea ad effectum, ut relaxetur, praestitit fideiussorem de iudicio sisti, & iudicatum soluendo, ut capturam approbasse, illiq. consensisse, & cum illa uis spoliatiua transiit in vim compulsuam, & sequitur, qd poterit retineri, arg. l. si in fin. ff. quod met. cau. ubi si illud, quod alijs est mihi debitum, ad me perueniat per vim compulsuam ab officialibus factam, non potest a me aduocari. Sed ius detinendi debitorem pro debito competit de iure creditori, ob fugae suspicionem, donec sibi caueatur, ergo si detentio ad creditorem per uim compulsuam iudicis, seu familiae peruenit, non debet a creditore aduocari, & sic debitor relaxandus non erit, ut ibi per Bar. ¶ Verum, his non obstantibus, adhuc sequor conclusionem supra traditam tanquam uerissimam rationibus, & iuribus praallegatis. Nec obstant proximè adducta, quibus iudicio meo facillimè potest responderi. Nam praesupposito, ueluti Bart. ipse, & Socin. praesupponunt, quod quando debitor tanquam suspectus de fuga fuit iniuste, & inualidè captus, dicatur ipsi debitori ab initio illata uiolentia spoliatiua, seu expulsiua, ga sua est libertate spoliatus, argu. d. l. 1. & 2. ff. de liber. hom. exhib. cum similib. allega-

per

- 17 per Bartol. & hoc maxime verissimum est, † quando index aliquem spoliavit aliquo iure suo, non servato illo ordine, quē de iure servare debebat, sed de facto, prout in casu nro processit dictus do. Potestas Castri-franchi, cui nullū ius citandi, & capiēdi dictū debitorē cōpetebat, cū esset incōpetēs, & illius iurisdicō iam fuisset praeventa, & praecōpata à R.D. per ea, q̄ supra sunt dicta, & propterea ipse d. Porellas censetur potius extrajudicialiter, & de facto, ac absq; citatione facta ex suo officio p̄cessisse; quo fit, ut ipsi debitori, hoc est d. Ioāni Baptista dicat illata violētia spoliati-ue libertatis suae, capiēdo illū, & vi trahēdo, ac detinēdo, & ideō † spoliatus restituēdus esset ante, quam de alia causa cognosceretur, vt est tex. no. ibiq; doc. in c. conquirente. de resti. spol. vbi Abb. optime loquitur, & praesupponunt Bar. in d. sua dispu. & Soc. in d. consi.
- 18 do. & ideō † spoliatus restituēdus esset ante, quam de alia causa cognosceretur, vt est tex. no. ibiq; doc. in c. conquirente. de resti. spol. vbi Abb. optime loquitur, & praesupponunt Bar. in d. sua dispu. & Soc. in d. consi.
- 19 Hoc stante, sequitur, † q̄ si post violētia expulsiuam, seu spoliatiuam spoliatus expressē, vel tacitē consenserit praesertim corā non suo iudice, propter hoc spoliū nō d̄ purgātū, quin spoliatus, qui post spoliū renunciauit, seu cōsensit, deat ante oīa restitui, & cōsequenter verū non est, q̄ propter cōsensum, & affirmatiōē subsequenti cadat in vim cōpulsuā saltē quoad effectū, vt effectus, & priuilegiū spolij tollatur, vt est tex. clarus in c. 2. cum gl. de rest. spo. Non obstat d. l. si. in ff. quod met. cau. cum si. adductis per Bar. & Soc. in locis praesalle. quia † solutio in terminis colligitur ex ijs, quae voluit gl. in c. super hoc. per illum text. de renun. nam si nullo interueniente, & praecedente spolio ab initio quis, puta debitor metu renunciauerit, vel soluerit, & sic ab initio ius cōpulsuū interuenit, tūc procedit d. l. si. & d. c. sup hoc, & ita illū text. in terminis intelligit Bar. in d. sua disputatione, maxime in responsione obiectorum, si vero quis ab initio fuerit spoliatus, deinde vi, uel metu consenserit, aut renunciauerit, tunc spoliū non purgatur, & violētia spoliatiua, non cadit in cōpulsuā saltē ad effectū, vt super restitutione, & spoliatiōe agi non possit, & quin spoliatus ante oīa sit restituendus, nec super alia causa sit procedēdum, donec facta fuerit ante oīa restitutio, vt est casus in terminis in c. sollicitē. de restitu. spo. & h̄ per gl. & doc. in d. c. super hoc. in gl. magna. in uer. resignationis, quae hoc in terminis ponit: quāuis dici possit, textum in d. c. sollicitē. locū habere in beneficialibus, ut inquit ibi Abb. & secus esse in prophanis, tamen haec responsio in terminis nostris non conuenit, q̄ loquimur in casu ita fauorabili, sicut est causa beneficialis, uidelicet † in causa capturae, & carceratorum, quae d̄ pia causa, vt in l. si. & in c. si. ff. & extra de ferijs. cum si. & in qua proceditur eo mō, quo in beneficialibus, & magis fauorabiliter ēt in diebus feriatis, ut h̄ in dictis iuribus, ac etiam ex forma statutorum, & consequenter eo mō, quo in causis ecclesiasticis iuxta c. de dispensatione. cum ibi no. de iudic. iunctis ijs, quae h̄r in c. de. saepe. de verb. sig. & constat ex ijs, quae traduntur in c. relatum. & in ca. cum esse. de testa. & per Bar. & alios in l. 1. C. de sacrosan. ecc. Et Bar. & Soc. in dictis locis ad probandum, q̄ tacitē cōsentiendo, & tacitē confirmando capturam per donationem fideiussores uiolētia expulsiua, siue spoliatiua cadat in cōpulsuam, nihil allegant, sed pro firmo hoc praesupponunt, quod tamen est falsum, ut ex praedictis apparet, & ideō eorum auctoritati non est standum, neq; credendū per ea, q̄ uoluit Io. And. & sequitur Abb. ac doc. cōiter tenent in c. 1. de constit. quia † gl. osae, aut doctores nihil alleganti non est credendū, nam erubescimus sine lege loqui. l. illa. C. de colla. & auctoritas gl. osae, & doctorum est magistralis, atq; probabilis, nō autem necessaria, cui non credit, nisi quatenus lege, vel ratione cōcludenti probetur, ut dixit

- Bar. in l. nemo iudex. C. de sent. & interlo. om. iudi. & habetur per Io. And. Abb. & alios in c. 1. de rescrip. &
- 23 † dicunt Ioan. And. Abb. & alios in c. 1. de rescrip. & alios in c. 1. de vlti. colum. de constit. quod quando opinio doctorum etiam communis contra legem, seu canonē esset, ei non est standum, nec secundum illam iudicandum. Ex praedictis itaque sublatū est principale assumptum, & fundamentum Bar. in dicta disputatione, & Soc. in d. consi. 113. Vel posito, sed non concessio, dictum Bart. ibi esse uerum, † dico illud procedere, quā factum iudicis esset inualidum alia ratione, quam iurisdicōnis, & incompetētie iudicis, nam tunc quāuis actus deueniat ad vim cōpulsuam, tamen ualet in se, & ex eo agi potest, seu locus est retentioni, quoniam coacta uoluntas est uoluntas, & ita loquitur d. l. si. in ff. & d. l. ad solutionem. C. de re iudi. & hoc modo proprie loquitur Bar. ibi, & argumēto. l. si. mulier. §. metus. ff. quod me. cau. Secus si factum iudicis esset inualidum ratione incompetētie, & iurisdicōnis iudicis, quia etiam si cadat in vim cōpulsuam, nō reuoluitur, immo magis inualidatur, & annullat, quā
- 25 † metus ipso iure uitiat, quando quis per metū, & vim cōpulsuam in iudicem non suum consensit l. 2. in prin. & ibi gl. ff. de iud. & omnes gl. osae, & doc. in d. l. si. mulier. §. si. dos. ff. quod me. cau. Ergo & in casu nostro ista vis spoliatiua, quae in cōpulsuam cadit, capturam ipso iure magis uitiat. Praeterea do. Io. Bap. de sancto Severino allegatus à Socin. in d. consi. 113. qui contra Bar. in d. disputatione tenuit, allegabat contra ipsum Bar. aliam doctrinam ipsius Bar. gl. & doct. communiter in l. si. conuenierit. per illum textum. ff. de iurisd. om. iudi. quam canonista sequuntur in c. 1. de iudic. & Alexan. in l. 1. ff. eod. ti. qui dicunt, quod si quis coram iudice non suo litigare consenserit, ut quia in iudicium tractus fuerit, & sic iniuste iuxta l. si. quis ex aliena. & l. si. quis postea. ff. de iudic. & l. 2. ff. si quis in ius uoca. non ierit. cum similibus. consenserit conueniendo per pactum † de litigādo coram illo iudice, poenitentiē locus esse dicitur, & talis conuentio vsque ad litem contestatam reuocari poterit, ut ibi ita secundum Ioan. Bap. in d. tractatu. in q. 15. videbatur dicendum in casu nostro, quod tractus, & captus iniuste, ac inualidē etiam si postea consensit, tamen possit contrarietate, illumque suum cōsensum, & cōfirmationē reuocare, quia sic etiam expressē cōsentiendo non dicitur iurisdicōnem illius iudicis irruocabiliter prorogasse. Cumque do. meus Soc. in d. consi. 113. uellet hanc obiectionem euitare, respondit dicens primo rationem praedictam procedere, quā captura impugnaretur ratione incompetētie iudicis, & non ex alia causa, semper enim ille, qui etiam expressē, & quomodocunq; promisit se uelle posse coram incompetenti conueniri, potest iurisdicōnem re integra, uel vsque ad litem contestationem reuocare d. l. si. conuenierit: sed quando captura ex alio capite posset impugnari, si captus acquieuit, & consensit, illam postea impugnare non ualeret, ut per Bar. in d. sua dispu. Quam Soc. responsionem retorquendo dico in casu nostro capturam impugnari etiā ex defectu iurisdicōnis, & incompetētie iudicis, ut latē supra in principio dictum fuit: Non obstante ergo ratiō confirmatiōe capturae, & q̄ debitor captus tacitē illi consenserit, dando fideiussores, & promittendo iudicio sibi, & iudicatum soluere poterit ipse contrarietate, & de incompetētia iudicis, prout opponit, opponere: ita est de mente Soc. in d. consi. 113. hoc modo declarando, & limitando doctrinā Bar. in d. disputatione: & † quamuis ipse postea aliter respondeat, faciēdo differentiam, an captus post capturā inualidā promiserit simpliciter stare iuri, & sic de iudicio sibi, quo-

si, quoniam tunc debitor non dicitur ita in iudicem
 consentisse, quin possit contrauenire, & de iurisdictione,
 iudicisq; incompetētia opponere d.l. si conueni-
 rit, & probatur in §. offeratur. 3. q. 3. per gl. in c. cum in
 ter monasterium. de re iudica. & in auth. offeratur. C.
 de lit. contesta. & est bonus tex. cum gl. in l. i. ff. si quis
 in ius uoca. non ierit. An uero promiserit, & fideiussē
 rit de iudicio sisti, ac etiam de soluendo iudicatū, seu
 de parendo mandatis iudicis copulatiuē, nam tunc se-
 cus esset per not. per Sali. & dictū do. Io. Bapt. in d. l. si
 conuenierit. & faciunt ea, quæ habentur in l. filius. in
 ff. ff. de procurat. l. i. sed & hę. §. defendere. eo. tit. Abb.
 post do. Ant. in c. i. col. 5. de iud. & in terminis habe-
 tur per Bal. Pau. de Cast. Fulgo. Arg. & Alex. in d. l. i.
 ff. si quis in ius uoca. non ier. Tamen tu dicas hanc dif-
 ferentiam esse declarandā, ut colligitur ex iis, quæ in
 proposito ponit Bal. in addit. ad Spec. in tit. de reo. in
 uer. sed an reus, quem doct. Alex. & alii. in d. l. i. & in
 alijs locis cōiter allegant, qui dicit, qd̄ quando reus p-
 mittit simpliciter iudicio sistere, pōt exceptionē incō-
 petentiæ, & iurisdictionis opponere, si uero promisit
 sistere, ac ēt parere mandatis iudicis, & curiæ, tunc si
 iudex erat penitus extraneus, & incompetens, & pro-
 missum fuit per metū, hoc est per uim compulsiuam
 talis promissio duplex de iudicio sisti, & iudicatū sol-
 uendo, seu de parendo mandatis iudicis nō facit, qn̄
 exceptio iurisdictionis, & incōpetentiæ opponi pos-
 sit, quoniam iurisdictionis non uidetur irreuocabiliter
 prorogata, nec ita consensum in iudicem, ut ex post
 facto ē exceptio incompetentiæ opponi non possit,
 quia uis compulsiuā, & coactio prorogationē impē-
 dit, licet coacta uoluntas sit uoluntas, cū requiratur li-
 bera uolūtas, & nullo modo coacta, ut per Bal. ibi, &
 Ang. in l. si per errorē. in ult. col. ff. de iurisd. omn. iud.
 & est rex. ibiq; omnes post gl. in l. 2. in prin. & ibi Bar.
 ff. de iudi. & gl. l. i. ff. mulier. §. si dos. ff. qd̄ met. cau. Sed
 in terminis nostris promissum fuit per metū, & uim
 compulsiuā, ut in fertur ex ijs, quę uoluit Bar. in d. di-
 spnat. & Socin. d. consil. 113. qui dicunt, uiolentiam
 spoliatiuam transire, seu cadere in uiolentiam cōpul-
 siuam, quando debitor, qui inualidē ut suspēctus cap-
 tus fuit, postea promisit sistere, & iudicatū soluere,
 quia capture inualidæ consentire uidetur, & arg. l. q
 in carcerē. cū gl. ff. quod met. cau. ergo ex uerbis Bal.
 in d. add. sequitur, qd̄ propter talē promissionē desistē-
 do, & de parendo, seu soluendo iudicatū, nō dicitur ta-
 liter consensum in iudicē, nec iurisdictionis prorogata,
 quin reus, & debitor possit exceptionē incompeten-
 tiæ, & iurisdictionis opponere per d. l. si conuenierit.
 & hæc est uera responsio. Scdō & melius respōdeo,
 qd̄ textilla duplicata, & geminata promissione iurisdic-
 tio dicitur irreuocabiliter prorogari, ut per Bal. & a-
 lios, quando reus scienter hoc fecit, quia sciuit illum
 iudicem esse incompetētem, ex quo. n. ex certa sciē-
 tia sic promisit, sibi præiudicauit, ne possit amplius ex-
 ceptionem incōpetentiæ opponere: ita procedit fun-
 damentum supradictum, secus si per errorem, & igno-
 ranter promiserit, ut supra, ueluti in terminis uoluit
 Bal. in d. addit. & ratio est, quia nil magis p̄riū est pro-
 rogationi, quæ ex consensu partium fit, & inducitur,
 quam sit error siue facti, siue iuris, ut est tex. in d. l. si p
 errorem. & ibi omnes, & in d. l. 2. in prin. ubi Paul. de
 Cast. & alii post gl. ff. de iud. & quando specialiter, &
 clarē non apparet, qd̄ prorogans iurisdictionem sci-
 uerit in dubio præiudicatur ignorasse, & errasse, ut uo-
 luit Ang. & alii in d. l. si per errorē. in ult. col. Spec. in
 tit. de incompet. iud. addi. in §. 1. uer. Sed nunquid a-
 lias, Bal. in l. eos. in prin. uer. quæro. nunquid. C. de ap-
 pella. & Cy. in l. fi. C. de excep. Sed in terminis nostris
 specialiter, & expresse nō apparet, do. Io. Bap. sciuisse

potestatem Castri Franchi esse iudicē incompetētē,
 ergo præsumendum est ignorasse, & sic per errorē p-
 30 misisse, & prorogasse, & t̄ maxime, quia ipse erat alte-
 rius ciuitatis, & sic forensis, propter qd̄ scientia in eo,
 non potest aliquo modo presumi p̄ illa, quæ uolunt
 31 Ang. & alii in d. l. si per errorē. Nec obstat, qd̄ do. Io.
 Baptista promittens de stando iuri, & iudicatū soluē-
 do hoc scienter, sponte, ex certa scientia, & non p̄ er-
 rorē fecerit, prout in actis, & in instrumento promissio-
 nis, ac fideiussionis continetur: ex quibus uidetur
 induci præsumptio, immō certitudo scientiæ per ea,
 quæ uoluit Ang. in d. l. si per errorē. dando cautelā, qd̄
 iudex sit cautus, & semper in actis faciat registrari, qd̄
 partes ex certa scientia litigarunt, ergo in incertis, &
 non in certis locus est coniecturis. l. continuus. §.
 cum ita. ff. de uerb. obl. quia respōdetur, qd̄ hæc uerba
 ex certa scientia, & non per errorem fuerūt in instru-
 mēto, de quo agitur, apposita respectu promissionis,
 & obligationis factæ, non autē respectu prorogationis
 faciendæ: & iō quamuis illa uerba sponte, & non per
 errorē inferant, qd̄ scienter, & sponte promiserit, & se
 obligauerit, non tamen qd̄ sponte, & scienter proroga-
 uerit, prout in prorogando certa scientia, & libera uo-
 luntate requiritur. d. l. si per errorē. & d. l. 2. in prin. & su-
 pra dictum est. Adde ēt, qd̄ licet per errorem iuris, uel
 facti impediatur prorogatio in tribuendo iurisdictione
 nem d. l. si per errorem. cū alijs præallegatis. † Tamen
 32 secus est in errore commisso in non allegando, & nō
 opponendo exceptionē declinatoriam p̄ iudicē suū
 gl. in d. l. 2. §. 1. in uer. consensus. ff. de iud. Alex. in d. l.
 si conuenierit. in fi. uer. ff. de iurisd. om. iud. c. pastor-
 alis. cū ibi not. de excep. & l. si. cum ibi no. C. de excep-
 tio † facilius. n. irreuocabiliter prorogatur iurisdictionis
 33 iudicis sui, quam non sui, ut est rex. ibique doctō. cōi-
 ter. in c. 1. de iud. & gl. Bart. & cōiter scribent. in d. l. si
 conuenierit. illa duo iura simul iungendo. Tertio &
 fortē uerius, & magis traliter tam huic ultimo funda-
 mēto, quam omnibus ferē alijs supra ex mente Bar.
 34 & Soc. in contrarium adductis responderi pōt, qd̄ p
 promissionem factam post capturam inualidam, &
 iniustam ex parte iudicis de iudicio sisti, & iudicatū
 solui iudicis iurisdictionis ita dicitur prorogata, qd̄ excep-
 tio iurisdictionis, & incompetentiæ amplius oppo-
 ni nō potest, quando talis promissio, seu fideiussoris
 datio facta fuisset desistēdo, & parendo illi iudici, co-
 ram quo captura, & promissio facta fuit, & ita loquū-
 tur oēs doctōres, Bar. Soc. & alii & Alex. in terminis
 in d. l. i. ff. si quis in ius uocatus non ier. dicens uideli-
 cet promitto parere mandatis curiæ uestre: & ratio
 huius est, quia debitor scienter promittendo sistere,
 & parere illi iudici, seu iudicatum soluere, dicitur in
 illum iudicem consensisse, eiusque iurisdictionem
 prorogasse, consentiendo litigare coram illo, & suo
 iudicato parere, adeo quod propter hanc promissio-
 nem geminatam, seu per huiusmodi uerba copula-
 tiua uidetur exclusa pœnitentia, & censetur exclusus
 obiectus contra iurisdictionem, cum quoad illam
 causam debitor uideatur se fecisse subditum eius iu-
 dicis, coram quo sistere, & mandatis parere promisit
 ut uolunt, & concludunt Doctōr. omnes supra alle-
 gati: sed quando debitor captus, & tractus esset co-
 ram iudice incompetenti, & promitteret, ac fideiui-
 beret de iudicio sisti non coram eo, sed coram alio
 iudice, & de soluendo iudicatum non per eum, sed
 per alium iudicem, tunc indubitanter credo uerissi-
 mum esse, quod per huiusmodi promissionem etiā
 duplicatam non dicatur iurisdictionis illius iudicis in-
 competentis ita prorogata, nec obiectus contra eius
 iurisdictionem ita exclusus, quin exceptio iurisdic-
 tionis, & incōpetentiæ ipsi possit opponi, quoniam
 cum

eum non fuerit conuentum, neque promissum defistendo corā eo, nec de parendo suis mādati, nec soluendo iudicātū ab eo, profecto dici non pōt consensum in illū fuisse, nec eius iurisdictione irrevocabiler prorogata, nam promittere defistendo corā incōpetenti, & de parendo mandatis suis, seu de soluendo iudicatum ab eo est illud, quod cōsensum, & prorogatione illius iurisdictionis operatur, ut in terminis habetur per Bal. in d. addit. ad Spe. in ti. de reo. & per Alex. Fulg. & Ang. in d. l. i. ff. si quis in ius uoc. nō ier. Sed in terminis nostris do. Ioannes Baptista promissit, & Jac. pro eo fideiussit de sistendo non corā domino Potestate Castrifranchi, coram quo fuerat tractus, & detentus, sed de sistendo corā R. domino, item de soluendo iudicatum non per ipsum Potestatem, sed per d. R. do. minimum, ergo ex hoc iurisdictione dicti Potestatis nō potest dici prorogata, quia nō dī in eum ita cōsensum, quin non obstant tali pmissione, & fideiussione possit opponi de inualiditate capturae ratione incompetentiæ iudicis, & cōsequenter et de inualiditate promissionis, & fideiussione factæ, & præstitæ corā dicto dño Potestate, nam si principale, hoc est captura, non ualuit, ergo nec pmissio, nec fideiussio, quæ accessorie ad capturā ueniunt per ea, quæ uoluit Bal. in d. addit. ad Spec. in uerfi. sed quid si quis ferē post princ. illius addit. & facit in terminis l. si cū exceptione. §. si quis p uim, & in §. pedius. & §. labeo. ibiq; Bal. ff. quod mer. cau. & ita debent intelligi doctō. qui sic loquuntur, & qui aliter diceret, malē intelligeret: & hæc fuit mens Bar. in dicta sua disputatione, & Soc. in d. cōsi. 1. 13. & Bal. ac aliorū. Ex qb. cōcludendū est capturā, pmissio nē, ac fideiussione, de quibus supra, propter iudicis in competentiam non ualere. Laus Deo.

S V M M A E.

- 1 Socius ad instantiam socij an, quando, et quomodo possit carcerari. Et an tanquam suspectus ad finem sistendi iudicio capi, & persona liter citari possit.
- 2 Capi, & carcerari ad effectum soluendi, & pro executione condemnationis, & capi ad finem sistendi in iudicio differunt.
- 3 Debitor suspectus, & fugitiuus citatur personaliter, & capitur solum ad finem compavendi, & iudicio sistendi.
- 4 Socius quomodo conueniri, & citari possit.
- 5 Debitoris de fuga suspecti captura conceditur propter superveniētem deteriorationem, & suspicionem, de qua solum fidem fieri sufficit, absque probatione idoneitatis debitoris tempore debiti contracti, immo etiam si tunc fuisset non soluendo, & deterioratus, & postea uel maior deterioratio, uel scientia illius deteriorationis supervenisset, captura conceditur.
- 6 Initium in contractu societatis quomodo inspiciendum.
- 7 Captura debitoris inualida petita confirmari est confirmanda.
- 8 Captura, & inmissio in possessionem à pari procedunt, & de mo ad aliud recte arguitur.
- 9 Confessione debiti in iudicio facta, executio fit, & committitur absque alia sententia, nulloque iuris ordine seruato.
- 10 Contra confesum an ex abrupto ad executionem procedatur absque eo, quod illi terminus legalis, & miserationis causa dari solitus detur.

E P I T O M E.

Socium tanquam de fuga suspectum, finita societate, posse ad instantiam socii ad effectum satisfaciendi de iudicio sisti capi, & detineri. Et debitorem suspectum posse capi, fidei duntaxat facta de superveniēti suspitione, & deterioratione, uel scientia deteriorationis, quæ etiam ab initio tempore debiti contracti fuisset, & capturam debitori suscepti inualidā posse propter confessionem debitoris in iudicio factam confirmari, hic ostenditur.

SUPER iis, quæ prima facie ad fauorē Baptistæ carcerati pro suspecto de fuga facere videntur, cū res corā doctissimo viro tractetur, paucis agā: & cum super tribus principaliter fundamentū fieri videatur, prout ex iis, quæ ingeniosè do. iudex in suis scriptis cōsiderauit, uideamus, si ea Baptistæ ita prosint, quod absque pstatione fideiussoris de iudicio sisti sit relaxandus: & prius tradita hac cōclusionē, q̄ non sit relaxandus, sed in carcere confirmandus ad effectū satisfaciendi de iudicio sisti, dico in primis non ob stare, q̄ socius ad instantiā socii capi, & carcerari non possit, ex quo socius nō potest condemnari, nisi inquantū facere potest, cum societatis vicem fraternitatis obtineat l. verū. in prin. ff. pro socio. l. sunt. qui. ff. de re iud. & ita concludit Bal. in rub. C. pro socio. in fin. uer. cum simil. quia dupliciter respondetur primo id procedere, durante societate, quæ dum est in esse, dicitur quedā fraternitas, & ita loquuntur iura prædicta mentionē faciētia de socio, qui non dicitur socius, nisi durante societate, cū, ea finita, sicut nō dicitur societas, ita nec socius dicatur. l. societate in fi. & l. verum in fi. ff. pro socio. Nec obstat id, quod dicitur de marito, & uxore, qui hoc priuilegio et post dissolutum matrimonii utuntur l. patronus. & l. non tantū. ff. de re iud. & l. maritū. ff. sol. mar. quia lex hoc uoluit, & disposuit in illis, quod nō reperitur in sociis, nisi ipsis existentibus socijs, & sic durante societate, & imaginaria fraternitate, ut in iuribus præallegatis. Præterea hoc priuilegiū simpliciter reperitur cōcessum marito, & uxori, sed non locis simpliciter dicitur indultū, ut in l. sed hoc ita. §. quod autē. ff. de re iud. Secundo & melius huic primo dubio potest responderi, quod socium teneri, inquantū facere potest, & consequenter nō posse carcerari, ut supra, est uerū quoad finē, & effectū soluendi, & condemnationis, seu executionis faciēda pro debito, quod socius cū suo socio habebat, & ita proprie in terminis loquitur text. in d. uerum in prin. in d. l. sunt. qui. & Bal. in d. rub. p. rex. in d. l. uerum. sed hoc non reperitur habere locū, neque procedere quoad finem sistendi in iudicio, ad quem finem sit citatio personalis de reo suspecto iuxta not. per Alexan. in l. neque. §. qui iustus. ff. de in ius uocan. §. & differunt, an quis captus fuerit ad effectū soluendi, & pro executione condemnationis. an uerò ad finem sistendi in iudicio, ut est q̄ debitor capitur pro suspecto de fuga, ut dictum est, nā primus nō est relaxandus, nisi soluat, nec sufficit cauere, seu satisfacere, secūsdus uerò relaxatur præstita satisfaciētia de iudicio sisti, ut ponit Alexā. in d. l. neque. §. qui in ius: & in pluribus alijs differunt, ueluti etiam do. iudex in suis scriptis ingenue fatetur. Præterea cū citatio personalis de suspecto fugitiuo fiat solum ad finē cōparēdi, & sistendi, ut colligitur ex ijs, quæ habentur p Alex. in d. §. qui in ius. & in l. si ab arbitro post Ang. Pau. de Cast. & alios. ff. qui satisfada. cogan. per Ang. in l. nemo carcerem. C. de exacto. tribu. lib. 10. & per Bart. maxime in q. sua incipien. Lapsus, & socius possit quidem conueniri in solidum, sed non condemnari, uel saltē possit citari, & conueniri, inquantum facere potest, ut in d. l. sunt. qui cum l. sed hoc. §. quod autem, iñdis nota. per Alexan. post alios in d. l. sunt. qui. sequitur, q̄ socius debitor suspectus poterit psonaliter citari ad effectū saltē sistendi, ut possit condemnari, inquantum facere potest, alioquin potest fugā arripere, nec condemnari ualere, inquantum facere potest, prout lex pmittit, nam qua ratione ille debitor, qui potest in solidum cōdemnari, ratione fugæ, seu suspitionis ad effectū sistendi potest personaliter citari, ut possit cōdemnari,